Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26062
Copyright: Admont, Benediktinerstift

secundo remige nauigantes die septimo ad has troiani regni peruenerunt et ante castrum
per sex miliaria a troia distantis quod tenedon ab incolis dicebatur feliciter portum intrauit et
iniectis anchoris et nauibus ipsis securis funibus religatis gaudenter descendit in terram. In
qua ab habitatoribus ipsius tamquam a suis in honore maximo sunt recepti. Paris itaque illico in
postquam descendit in terram suum ad regem Priamum nuntium destinauit qui statim postquam peruenit
ad regem refert illi Paridem incolumem cum suis apud tenedon salubriter aduenisse et ei sin
gula que per paridem gesta sunt tamquam ille qui predictis interfuit recitat seriatim. Ab hoc igitur rela
tione Rex priamus regnique magno pregaudio exultauit. Et parte factus singulariter aliis troie ma
ioribus et uniuerse plebei solempne festum instituunt uniuersi. Existente uero paride apud
tenedon prout infelix applicauit Regina helena inter captiuos alios luctuosos multa
ut uidebatur astantibus torquebatur angustia dum pectus et faciem continuis fluuialibus lacri
mis irrigaret et singultuosis uocibus Regem uirum. Regesque fratres filiam et patriam natosque
defleret que crebris ullulatibus inquieta nullo cibo aut potu potitur. Ad paris permolestum
gerens et grauem solari helenam humilibus et piis uerbis accedit et quia dolores eximios he
lena producebat si eam paris ad consolationis spiritum superreducere poterat aut solam uelud
iracundia motus aduersus helenam prosiliit in hec uerba. Quid est hoc domina quod tam cotidiano
dolore confunderis nec quiescis quod ille qui tot dolorosas uoces audiuit pertolerantiam
diu possit cum die noctuque lamentis uoces et lacrimis. An putas quod tibi ipsi non ob
sit et persone tue non inferat detrimentum. Sanitatem saciata esse debes tantis exlacrimis si
tot gustasses continuos potus aque quod lacrimis dicas sorbuisse. Velud super uacue
pleno de pectore iam manaret. Lacrimis igitur tuis si placet finem impone et confortati
onis amodo resume quietem cum in regno patris mei nullus te possit occupare de
fectus nec etiam eos captiuos quos tu mandaueris humiliare. Tu es in tua magnitu
dine honorabilis uelud maior omnibus subfulta delitiis et in sublimitate maxima
ueneranda et captiuum tantum quos mandaueris a uinculis liberari et in propriis mei regno i
secure uiuere poterunt uel de impropriis laribus humiliari. Ad hec helena detersis lacrimis
paridi sic respondit. Scio domine uelim nolim hinc necesse tuas exequi uoluntates
Cum feminea potentia non possit preualere uirili et saepe in captiuitate recepta.
Ergo quid igitur michi captiue et aliis captis mecum boni conferret a quoquam sperare potuit talia
conferens adiuuare gratiam cum afflictis compati humanitatis suggerunt et diis placeant
pietatis humane. Cui paris nobilissima domina quecumque mandaueris infallibi
liter implebuntur et eam statim per manum accepta modica uiolentia intermissa a
propria sessione leuauit ipsam secum ad locum adducens ubi in maximo apparatu multa or
dinata fuerunt et ibi secreti de singulis inter se conferre licet. Cum statim paris sic i
dixit putasne domina si te dii ad nos fata traxerunt et te uoluerunt in meam
peruenisse prouinciam quod talis tibi commutatio sit dampnosa ut maioribus diuitiis et
carioribus delitiis non habundes. An putas troianam prouinciam ac hinc non exce
dere ubertates que sola est omnibus pretiosissimis opulenta. Putas me regiam dig
nitatem tuam uelle libidinoso cultu fedare. Sane maioribus diuitiis affluces i

quo paris est allocutus cum helena que nimis contristabatur.

Loquitur helena ad paridem.

Respondet paris helene.